



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 11. Sessio XXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. XI.

Sæcul. XV.
A.C. 1417.*Sessio XXX.*

Die, quæ præcedentem Sessionem sequebatur, ambo illi Benedictini Constantiam venerunt, ac decima ejusdem Mensis in Sessione trigesima, præsentò Imperatore, post Missam de Spiritu sancto rei gestæ rationem reddiderunt, exponentes, quo pacto a Benedicto fuissent excepti, quidve eis respondisset, pluraque figillatim recensebant, ex quibus luculentiori adhuc argumento illius pervicacia comprobaretur. Cum vero hac super re instrumentum confecissent, illud Bernardus de Blancha prælegit; hoc finito, Petrus de Limburgo Juris Doctor jussu Synodi decretum recitabat, quod approbat, confirmatque edictum, quo Ferdinandus Arragonum Rex, & postea Alphonfus ejus Successor, omnesque illius subditi sese Benedicti obsequio subtraxerunt: Cum autem hic Papa Anno Domini millesimo quadringentesimo octavo Massiliæ agens, adversus Imperatorem, Reges & Principes, qui se ipsius obedientiæ subtraxissent, aut subtracturi essent, Bullam edidisset, eam Synodus alio decreto, quod pariter recitatum est, nullam declaravit.

S 3

§. XII.